

nant Socinus in regula 298. Tiraquell. lib. 2. de retractu, §. 7. glossa 1. n. 4. Molina de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 26. n. 14. Valascus de jure emphyteutico, quæst. 25. n. 29. Joannes Garfia de expensis, & meliorationib. cap. 23. n. 58. Josephus Ludovicus decisioe Perusina, 58. num. 15. Cavalcanus decisioe 44. num. 61. Barbosa in l. divorzio, §. final. ff. soluto matrimonio, ex num. 44. fol. 1157. Vincent. Caroc. de locato & conducto, quæst. 2. melioramentorum, n. 17. & 18. fol. 214. Et de his hæctenus.

## CAPUT LVIII.

Legatorum solvendorum onus, ad hæredem, an ad fructuarium spectet? item quid de annuis legatis: ubi quæ hæcque scripta sunt ab aliis, congeruntur in unum, atque in hæc materia brevis, & distincta traditur resolutio.

## SUMMARIUM.

- 1 Quæstionis principalis hujus Capitis varias, diversasque sententias fuisse remissivæ.
- 2 Hieronymum de Cævallos confusæ atque intricatæ quæstionem hanc pertractasse, nec certam, aut distinctam resolutionem tradidisse.
- 3 Usufructuarium omnium bonorum legata solvere non tenetur, secundum opinionem Bartoli, quæ probatur communiter, & hoc num. & sequenti explicatur.
- 4 Et ad omne legatum generis, vel speciei extenditur.
- 5 Usufructuarium legitimum, qualis est paterfamilias, qui ex legis dispositione usufructum obtinet qualiter differat, aut conveniat cum reliquis usufructuariis quoad solutionem legatorum?
- 6 Hæres adeundo hæreditatem, quasi contrahit cum legatariis, & obligatur eisdem, ac onera hæreditaria, atque legata sustinere debet.
- 7 Usufructuarium omnium bonorum non adit hæreditatem, & non contrahit, neque contrahere potest, neque hæres est, sed singularis quidam successor.
- 8 Actio personalis non datur contra singularem successorem, sed solum contra debitorem, vel qui ejus personam repræsentat.
- 9 Usufructuarium non repræsentat personam defuncti.
- 10 Usufructuarium omnium bonorum secundum opinionem communem, & veram, ex redditibus usufructus præstare tenetur annua legata.
- 11 Per legatum annuum censetur injunctum reale onus redditibus, aut fructibus testatoris.
- 12 Legatum annuum solvi debet de fructibus.
- 13 Usufructuarium omnium bonorum solvere non debet annua legata, quando usufructus remaneret inutilis, si legatum annuum solveretur.
- 14 Usufructuarium omnium bonorum, annua legata solvere non tenetur, quando apparet expressè, vel ex conjecturis probabilibus, testatorem aliter voluisse.
- 15 Petrus Surdus eruditissimus, atque excellentissimus Jurconsultus.
- 16 Usufructuarium omnium bonorum, solvere non tenetur annua legata, si testator dixerit, quantitatem annuam relictam ab hærede præstandam.
- 17 Legatum annuum solvendum de bonis testatoris, debetur ab hærede, non ab usufructuario.
- 18 Cephalus in conf. 376. lib. 3. rectè confutatus à Petro Surdo.
- 19 Usufructuarium omnium bonorum simplicia etiam legata vel unica solvere tenetur, atque reliqua onera hæreditaria subire, cum ita ex mente, aut voluntate testatoris colligitur.
- 20 Usufructuarium rerum particularium annua legata solvere non tenetur.

**P**ro clara, atque distincta hujus Capitis explicatione, in primis constituendum erit, Quæstionis prin-

cipalis propositæ varias diversasque sententias fuisse, quas referunt Paulus de Montepico in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nubere: ff. de legat. secundò, q. 60. nu. 153. Emmanuel Ivarez lib. communium, verb. usufructus, num. 103. Gualdenis de arte testand. tit. 6. cautel. 42. nu. 6. Gozadinus in conf. 94. Michaël Grassus receptorum sententiarum, §. legatum, quæst. 36. in principio, & novissimè Hieronymus de Cævallos communium contra communes, quæst. 191. per totam. Qui tamen, ut ex dicendis infra constabit Lectori, confusè, atque intricatè quæstionem hanc pertractat, nec certam aut distinctam resolutionem tradit.

Secundo loco, ut aliorum sententias consulò, sciensque præmittam, constituendum est, veriore esse opinionem Bartoli, & magis communem in l. finali, in fin. ff. de usufructu legato. Usufructuarium omnium bonorum legata solvere non teneri, neque à legatariis conveniri posse, sed hæredem institutum eisdem legatariis obligatum esse actione personali, vel ex testamento. & contra eum dirigendas actiones: ita tamen quòd possit ipse hæres de bonis hæreditariis tot vendere, quæ ad legatorum solutionem sufficiant, & hoc modo usufructum minuire; Bartolique opinionem infinitis aliis relatis probatur, magis communiter receptam firmantes. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 2. n. 7. in princ. quæst. videndus usque in fin. capitis: dicit enim nonnulla ad majorem declarationem hujus resolutionis necessaria. Guilielm. Benediclus, in c. Rainuntius, de testamentis, verbo, cætera bona, n. 44. Joan. Garfia de expensis, & meliorationibus, cap. 11. num. 6. Rolandus ex proposito videndus in conf. 8. à num. 20. usque ad num. 31. vol. 2. Hieronym. Gabriel in conf. 114. num. 8. vol. 4. & in conf. 108. n. 27. vol. 2. Jacobus Mandellus de Alba in conf. 748. in fine, lib. 4. & in conf. 363. num. ult. lib. 2. ubi Vincent. Annibal ejus Additionator liera C. alios allegat. Andreas Gaill. dicens, hanc esse veram & firmam conclusionem, lib. 2. observat. 146. per totam. Borgninus Cavalcanus de usufructu mulieri relicto, num. 220. fol. 427. Menoch. lib. 4. præsumptione 143. num. 18. & in conf. 115. n. 9. lib. 2. Petr. Surdus decis. 28. nu. 5. Michaël Grassus receptorum sententiarum, §. legatum, q. 36. per totam: & nullo ex his relato, D. Spino in speculo, glossa 13. principal. de legato usufructus, n. 82. D. Petr. de Barbosa, in l. maritum, n. 21. & duobus seqq. fol. 237. ff. soluto matrimonio, & novissimè Angelus Matheacius de legatis, & fideicommissis, lib. 2. c. 18. n. 14. Joannes Boita in conf. 6. n. 24. Hippol. Riminald. in conf. 172. n. 11. lib. 2.

Nunc extenditur præfata opinio, primò ut procedat in omni legato sive generis, ut vini, frumenti, olei, pecuniæ, & similibus; sive speciei, ut fundi, ædium, aut similibus, ut regulariter conveniri debeat hæres, qui, ut diximus, vendere potest de bonis testatoris, quatenus ad solutionem legatorum sufficiat, ut communem resolutionem testantur Craveta in conf. 185. Socinus in conf. 109. n. 27. vol. 1. Decius in conf. 590. col. penultim. Parisius in conf. 97. sub nu. 9. & seqq. vol. 2. & latius declarant Borgninus. Cavalcanus de usufructu mulieri relicto, num. 219. 220. & 221. fol. 426. & 427. Grassus §. legatum, dict. quæst. 36. num. 4. & 5.

Extenditur secundo, ut procedat etiam in usufructuario legitimo, qui ex legis dispositione, usufructum obtinet, qualis est paterfamilias; is enim ad solutionem legatorum non tenetur, ut solvere debeat de proprio, sed de bonis ipsis vendere potest, ut legatariis satisfaciatur, prout in aliis usufructuariis diximus supra. Convenit ergo cum reliquis fructuariis legitimum in hoc, quòd in utroque casu ex rebus fructibus solutio facienda, in eo verò recipitur distinctio, quòd usufructuarium legitimum onus hoc, solvendi legata, directò subire tenetur, ejusque ratione, in judicium vocari à legatariis jure potest, alius verò usufructuarium directò conveniri non potest, sed hæres potius conveniendus est; qui tamen, ut dictum est, ex bonis hæreditariis vendere potest necessaria, velit, nolit usufructuarium: quod optimè explicavit

6 **P**licavit Covar. variar. lib. 2. d. cap. 2. n. 7. vers. ceterum si legatis in fin. & sequitur Joan. Garfia dict. cap. 11. n. 6. Prædictorum ratio est, quoniam hæres adeundo hæreditatem, quasi contrahit cum legatariis, & obligatur eisdem, §. hæres quoque, Institut. de obligationibus, quæ ex quasi contractu nascuntur, ac onera hæreditaria, atque legata sustinere debet. Textus in l. 1. C. si certum petatur, & in l. 1. C. de hæredit. vel act. vend. text. in l. finali, C. de hæreditariis actionibus, l. pacto, C. de pactis, l. legatorum, ff. de legatis 2. cum similibus. Usufructuarium autem etiam omnium bonorum non adit hæreditatem, & non contrahit, neque contrahere potest, neque hæres est, sed singularis quidam successor, ut cum aliis concludunt Rinius in conf. 51. n. 14. vol. 2. Rolandus in conf. 8. n. 25. vol. 2. Francisc. Marc. decis. 833. in princip. 1. part. Hippolyt. Riminaldus in consilio 172. n. 12. vol. 2. & cum Bartolo, & Cardinali Albano, Achilles Pedrocha in conf. 7. nu. 126. & 127. & 136.

8 Et tamen actio personalis non datur contra singularem successorem, sed solum contra debitorem, vel qui ejus personam repræsentat, l. 1. §. si hæres ff. ad Trebellian. cum aliis juribus, quæ in proposito expendant Decius in conf. 187. num. 1. Parisius in conf. 32. nu. 113. vol. 1. Bellamera in conf. 39. nu. 2. Sed usufructuarium non repræsentat personam defuncti, ut in terminis nostræ quæstionis eruditè probat Andreas Gaill. lib. 2. de observatione 146. nu. 5. Ergo ad solutionem legatorum non debet esse adstrictus, nec contra eum aliqua actio dirigenda est.

10 Limitatur nunc resolutio principalis tradita supra in legatis annuis; nam usufructuarium omnium bonorum, secundum opinionem communem & veram, ex redditibus usufructus præstare tenetur annua legata, per textum in l. finali, §. si autem legata, de bonis qua liberis, ubi text. loquitur in patre usufructuario, & legitimo administratore, sed eum textum extendunt Doctores communiter ad quemcumque usufructuarium, ut per Baldum, Fulgiosum, Castrensem, Salicetum, & Cornetum ibi, Matheacianus in §. notabili. Jason in l. 1. n. 16. ff. ad Trebellianum, dicens rationem esse, quia hujusmodi legata recipiunt dilationem de anno in annum, sicut usufructus. Paulus de Montepico in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nubere, de legat. 2. quæst. 60. n. 153. Roland. in conf. 8. n. 27. vol. 2. Bellon. in conf. 7. n. 6. & multis aliis relatis, Covar. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. n. 7. vers. Tertio considerandum. Borgninus Cavalcanus de usufructu mulieri relicto, n. 219. fol. 426. Menoch. libro 4. præsumpt. 143. n. 18. & in conf. 115. n. 11. lib. 2. ubi probat, quòd usufructuarium omnium bonorum paritate tenetur annua debita testatoris persolvere. Grassus §. legatum, quæst. 36. nu. 2. & 3. Joannes Botta in conf. 6. n. 24. Burfatus in conf. 123. n. 12. lib. 1. Pedrocha in conf. 7. n. 123. & 148. Andr. Gaill. practicar. observat. lib. 2. observatione 146. n. 8. Petr. Surdus decis. 28. n. 6. & dec. 193. n. 1. Et ratio est, quia per legatum annuum censetur à testatore injunctum reale onus redditibus, aut fructibus bonorum ejus, juxta textum in l. peto, §. fratre, ff. de legatis 2. Rubens in consil. 158. numero 2. eleganter Surdus dict. decis. 193. nu. 2. & 5. & regulariter legatum annuum solvi debet de fructibus, l. Firmio, §. pater, & ibi Glossa ff. quando dies legati cedat, l. libertio, §. 1. ff. de annuis legatis, juncta l. apud Julianum, §. hæres, ff. de legatis 1. Et sic pro eo dari debet actio solum contra eum, qui fructus percipit, ut dicit Surdus dict. decis. 28. nu. 2.

13 Limitatur primò, atque ex mente communi Doctorem hæc resolutio, ut procedere debeat, quando usufructus ferre potest illud onus; alias enim, si remaneret inutilis, legatum annuum solveretur sicut simplex ab hærede, non ab usufructuario. Fulgiosus, & Castrensis in l. finali, §. si autem, C. de bonis qua liberis. Crocius in conf. 67. n. 44. Rolandus in conf. 8. n. 89. vol. 2. alios citat Cavalcanus de usufructu mulieri relicto, dict. n. 219. Burfatus dict. conf. 123. num. 12. libro 1. Grassus Joan. del Castillo Quot. Contr. Jur. Tom. I.

dict. quæst. 36. nu. 3. Covar. & alii citati supra. Menochius in conf. 115. nu. 11. lib. 2. Surdus dict. decis. 28. nu. 6. & 7. Achilles Pedrocha in conf. 7. nu. 123. Angelus Matheacius de legatis & fideicommissis, lib. 2. cap. 18. nu. 14. Hippolyt. Riminaldus in consil. 172. n. 17. & 28. lib. 2.

Limitatur secundo, quando expressè, vel ex mente colligitur, testatorem aliter voluisse, tunc enim usufructuarium omnium bonorum annua legata solvere non tenetur, ut cum Covar. Parisio, & aliis, resolvit Cavalcanus dict. num. 219. vers. & hæc procedunt. Bellonus in conf. 7. nu. 7. & 9. Burfatus ubi supra, dict. nu. 12. eruditissimus, atque excellentissimus Jurconsultus Petrus Surdus dict. decis. 193. num. 2. cum seqq. Ubi primò dicit, quòd in causa Reverendi Rectoris Sancti Simonis, quia testator expressè dixit, se legare quinque annuos ducatos, præstandos ab infrascripto hærede suo, Senatus judicavit, solutionem dicti annui legati fuisse faciendam ab hærede, non ab usufructuario: idque nonnullis & conclusivissimis rationibus adductis ibi. Secundo dicit, idem esse, si testator mandaret legatum annuum solvi de bonis suis, quia tunc onus spectaret ad hæredem, non ad usufructuarium. Tertio denique & rectè quidem reprobat Cephalum in conf. 376. lib. 3. qui existimavit, onus solvendi annua legata pertinere ad hæredem, non ad usufructuarium, motus ex decisione Matheaciani in notabili 4. qui tamen loquitur in legato onus & simplicis, non autem in annuo, cui etiam non conveniunt rationes per eum adductæ. Sic & contra, usufructuarium omnium bonorum simplicia etiam legata vel unica solvere tenetur, atque reliqua onera hæreditaria subire, cum ita ex mente aut voluntate testatoris colligitur, ut cum Socino, Craveta, annotavit ex omnibus superioribus, solus Menochius in conf. 115. nu. 10. lib. 2.

Tertio tandem, & ultimò limitatur prædicta resolutio, ut habeat locum in usufructuario omnium bonorum, ut constat ex Auctoribus supra præallegatis, non autem rerum particularium; is enim annua legata solvere non tenetur: quod ex mente communi rectè putat certissimum, & discriminis rationem assignat Roland. dict. conf. 8. nu. 27. vol. 2. videndus etiam n. 28. Achilles Pedrocha in conf. 7. nu. 149. & tribus seqq.

## CAPUT LIX.

Usufructuarium omnium bonorum ex testamento, vel ex alia ultima voluntate, an, & quando teneatur solvere æs alienum à testatore relictum? item an possit ipse credita hæreditaria exigere, atque instrumenta, & alias scripturas bonorum, & jurium defuncti penes se retinere? ubi quæ hæcque in mille locis scripta sunt, recensentur in unum, atque in proposito accurata traditur, & distincta resolutio.

## SUMMARIUM.

- 1 Usufructus, certarum rerum cum legatur, usufructuarium minime tenetur ad onus æris alieni solvendi.
- 2 Item, si legatus est usufructus bonorum mobilium, & immobilium, vel partis eorum.
- 3 Et multò fortius, si legatur res certa pleno jure proprietatis & usufructus.
- 4 Usufructuarium quartæ vel quintæ partis bonorum, non potest conveniri, nec ad solutionem æris alieni tenetur.
- 5 Usufructuarium tertie, quartæ, vel quintæ partis hæreditatis teneri ad æris alieni pro e parte solutionem, ex communi Doctorum sententia.
- 6 Qui securius probatur id, quando testator reliquisset legat.